



CAP. XXXV.

Suscitatur Lazarus.

Ioan. 11. n. 1. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania de Castello Mariæ, & Marthæ sorores eius.

num. 2. (Maria autem erat, quæ vixit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.)

Num. 3. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine ecce quem amas, infirmatur.

VERSIONES.

Arabic. n. 1. Erat autem quidam infirmus.

Syriacus. Erat autem quidam, qui morbo detinebatur Loozar ex Bethanio (domo afflictionis) pago frater Mariam, & Marthâ.

Varabius. Ægrotabat autem quidam nomine Lazarus.

Syriacus n. 2. Porro ista Maria ea erat, quæ vixit aromate pedes ipsius Ieschua, & abstergit capillis suis: erat autem frater istius Loozar, qui morbo laborabat.

Syriacus n. 3. Miserunt autem ambæ sorores eius ad Ieschua, & dicunt: Domine noster, ecce is, quem tu diligis, valetudine laborat.

EXPOSITIO I.



NOCIPIT Evangelista narrare Lazarum quatrinduanum mortuum in vitam reuocatum. Maximum Christi miraculum, vt docet D. Augustinus tractar. 49. in Ioan-nem: *Inter omnia, ait, miracula, quæ fecit Dominus, Lazari resurrectio præcipue prædicatur.* Et ideo vt notat Theodorus Mopsuest. Ioannes latè narrat, historiam, vt rem quasi natura sua incredibilem, omnium circumstantiarum descriptione credibilem reddat legentibus.

Erat quidam. Describitur Lazarus, à nomine, conditione, loco, ac cognatione; à nomine *Lazarus*, vir nobilis, & diues, aliisque diuersis à Lazaro mendico, & vlceroso iacentè ad ianuam epulonis. Et dicitur *quidam*; quia cum esset diues, & nobilis, iustus, & sanctus erat, & bene ex euentu rei dicitur Lazarus, id est adiutus. A conditione languens,

Nonnius.

Lyran. Carthuf.

Salmeciron. Tolet. Caietan. Titelman. Leont. Ioan. 1.

Theophyl.

3.

Luc 7. Ioan. 12. Barradas. Luc. Burg. Cornel.

Tolet.

August. D. Thom. Bonauent.

Nobilior Magdalena poenitentia, quam à Martha obsequio.

Euthym.

4.

Chrysoft. Euthym.

languens, id est, infirmus; nam grauius lethali- ter ægrotabat, nam paulo post à morbo mors est illi illata. Vnde de eo canit Nonnius: *Flagellabatur Lazarus astu, membrivora plaga tabefactus vicinus morti.* In extrema necessitate ad Deum confugitur: à loco: *A Bethania.* Cuius nempe Bethanix, quæ erat vicus quidam ad radicem montis Oliueti distans à Ierusalem, vt ait Euangelista infra num. 18. stadiis quindecim, hoc est, dimidia leuca de Castello. Lyran. Carthufian. Ex Græco tamen nomine manifestum est. Castellum non significare arcem, sed vicum, seu pagum, id est, de pago Mariæ, & Marthæ. An vero locum illum tenuerint sub sua potestate? Rem incertam dicunt Salmeciron, & Toletus. Affirmant tamen Caietan. & Titelman. At communis est sententia Leontij, Ianfenij, Maldonat. quod non fuerint dominæ eius loci, sed tantum personæ incolæ, nobiles, ac honorificæ eiusdem; licet etiam Ioan. cap. 1. num. 44. Bethsaida appellatur ciuitas Petri & Andree, quia ipsius erant habitatores, non vero domini. A cognatione denotatur Lazarus: *Maria, & Martha sororis eius.* Describit Euangelista Lazarum per sorores, quarum fama valde celebris erat in Ecclesia. Theophylactus: *Ira clara, & admirabiles fuerunt sorores,* ait, *vt Lazarus ipse notior factus sit per eas.* De quibus multa dixi tom. 3. cap. 17. & 16. Nota, quod ait Euangelista: *Marthæ sororis eius,* non sororum, quia sic eas diligebat, ac si vna tantum esset, & non plures.

Maria autem erat, que vixit Dominum. Mariam autem hanc vnam, & eandem esse sororem Lazari, & Marthæ, quæ bis, vel ter Dominum vixit, communis est sententia, vt latè probaui tom. 3. cap. 15. quæst. 2. Cum autem duplex fuerit vñctio Domini exhibita, vna poenitentia causa, Luc. 7. num. 38. Altera respectu sepulturæ paulo post hæc facta, de qua infra Ioan. 12. n. 3. Multi Recentiores, vt Barradas, Lucas Burg. Cornel. à Lapide volunt, quod verba Euangelistæ ad vtramque vñctionem referantur; mihi tamen est probabilius cum Tolet, quod Euangelista respicit narratum à D. Luca, quia quando hæc historia Lazari accidit, iam facta fuerat. Et Euangelista adnotat actionem, per quam mulier valde nota erat in Ecclesia. Deinde tam in nostro textu Latino, quam Græco est in præterito, & actionem iam factam innuit. *Vixit, extersit.* Deinde additur in textu: *Extersit capillis suis.* Maximè ponderandum, quod Marthæ nomen nude ponitur, absque nota quod Dominum receperit hospitio. De Maria vero tot ad eius laudes referuntur; quia, vt inquirunt D. Augustin. D. Thomas, D. Bonauent. inter fideles, multæ erant mulieres nomine Mariæ; Euangelista autem hanc describit ex singulari actione vngendi Iesum, quia valde nota facta est in tota Ecclesia: De Marthæ autem ministerio nihil dixit, innuens, quod ea, quæ ad victum spectant, minus faciendæ sunt; & quod celebrior, ac gloriofior facta est Magdalena sua poenitentia, quam per vñctionem indicauit, quam Martha hospitij obsequio. Euthym. *Extersit pedes eius,* sic ait: *Nam huiusmodi opus Mariam notam, ac celebrem effecerat.*

Miserunt ergo. Particula, ergo, causam indicat, cur miserint, quia frater eius grauius, ac periculose ægrotabat. Et iam humanis remedijs nihil profecerat. *Miserunt,* non iuerunt, vt notant D. Chrysoftom. Euthym. ob fiduciam, & familiaritatem, quam cum Christo habebant, & ne

infirmum suum extremè laborantem desererent, & etiam ob modestiam muliebrem ne extra domum suam incederent. Magdalena vt medelam suis peccatis impetraret, egressa à suo domo introiit domum conuiuij. Luc. 7. num. 37. Nunc vero pro salute fratris non exiuit, plus curandum est enim de salute animæ, quam corporis. Vide *Salus*, in Indice. *Domine,* honoris causa dicitur, honore namque præuenimus, quos rogamus. Ecce rem grandem, ac tristem denotat. *Quem amas, infirmatur.* Nomen Lazari tacetur, superfluum sanè illud erat apponere. Christus enim semper nomen amici sui Lazari præ oculis habebat. *Quem amas infirmatur.* D. Cyrill. Leontius, Theophylactus, per admirationem legunt, ac si diceretur, quomodo fieri potuit, vt quem tu amas, infirmaretur? Verifimilius tamen videtur verba non continere admirationem, sed tacitam exoptulationem, de qua quæst. 2.

Luc. 7. Plus curandum de salute anime, quam corporis.

Cyrill. Leontius. Theophyl.

QVÆSTIO I.

Quare Lazarus in Bethania infirmatur?

DO CVS notatur, in quo Lazarus infirmatur, qui erat Bethania, quæ erat vicus ad radices montis Oliueti, vt iam in expositione dixi: Mylicè Bethania primò; Hebraicè idem est, vt veritè Syriacus, ac domus afflictionis, in illaque Lazarus morbo, ac morte, sororesque eius affligebantur. Secundò. D. Bernardus ferm. ad milites cap. 13. interpretatur Bethania idem, ac domus obedientia, quia nec vita contemplatiua, nec actiua, nec poenitentia in Magdalena, Marthæ, ac Lazaro significata: *Extra Bethaniam accepta esse poterunt illi, qui tantam habuit obedientiam, vt vitam ipsam perdere maluerit factus obediens Patri, usque ad mortem.* Tertio. Pagninus ait, quod Bethania idem est, ac domus responfionis, vel exauditionis Domini, nam Christus Mariam, & Martham exorantes pro fratris salute ibi exaudiuit. Radix Hebraica nominis Bethanix significat affligi, obedire, respondere, & exaudire.

Interpretatio nominis Bethania. Syriacus. Bernard.

Pagnin.

Hebr.

Ad quæstionem. Responder primo Albertus Magn. *Dum Dominus,* ait, *iuxta Iordanem maneret absens à Lazaro, cuius absentia causa est infirmitatis.* In hac occasione præfenti, quando Lazari morbus contigit, Iesus baptizans debebat apud Iordanem, vt patet Ioan. 10. n. 40. sic dixerunt sorores: *Domine si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus.* Causa ergo ægitudinis Lazari est absentia Domini. Ipsa absentia extitit tantorum malorum origo; languor autem erat fortissimus, & vehementissimus mortem inferens, quia vt ait Simon Cassianus lib. 5. cap. 11. hic denotatur languor, seu infirmitas animæ, quæ ex Domini absentia ad interitum tendit.

6. Alb. Magn. Christi absentia infirmitatis origo.

Ioan 10.

Cassian.

Secundò. Cardinalis Hugo moraliter hunc locum exponens, cum aduertat Lazarum morbo vexatum, & adhuc sic languentem à Christo diligi, astruit in hoc languente incipientes denotari, & bene status incipientium, pristinis nuper vitorum pulsibus, ac aliquorum derisionibus impugnatos, languens inducitur, qui ad Dominum confugit, ab ipso, ac fratribus adiuuetur, ne succumbat, ac pereat.

7. Hugo.

Tertio. D. Chrysoftom. homil. 61. *Multi,* ait, *cum aliquem bonum, & Deo acceptum, mali aliquid,*

8. Chrysoft.

120. Apoc. 20.

Prædestinati pauci, reprobi multi.

121.

Magna est multitudo reproborum.

D. Thom.

122. Apoc. 13.

Reprobi veluti innumera vabiles.

Ioachimus.

Tertius annus

123.

Prædicationis Christi hic finitur; paulo post hanc parabolam operatiorum Christus à morte suscitauit Lazarum, quæ suscitatio facta est ad initium Martij, in quo ipse Dominus die 25. crucifixus est, & ideo cætera omnia, quæ Euangelistæ narrant, in illo Martio contigerunt. In quo inchoatus est quartus prædicationis vitæ Christi annus, & per vnum tantum ferè mensem durauit vsque ad eius mortem, vt obseruant Ianfenius, Barradas, Cornelius à Lapide, Lucas Burgenf. in Chronotasi.

